



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

14. De excommunicatione lata in hæreticos eorumque fautores &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

CAP. XIV.

De Excommunicatione Hæreticorum.

Hæretici formales, si hæresin externo actu pro-
dant, aut alia actione mortaliter mala, excom-
municationem incurrunt Papæ reservatam. (excipe
purè mentales hæreticos,) & illi à quouis exposito
confessario absolvi possunt.

Nec excom. qui hæresin quam animo conceptam
gecit in somno profert, nam discrimen est inter ho-
mici-
dium & similia peccata, quæ opere externo cõ-
summantur; & hæresin, cuius malitia animo perfici-
tur, & in intellectu essentialiter consistit & perfici-
tur. Homicidium autem in externo opere consistit,
ideoque verum est peccatum externum homicidii,
tamen si fiat ab ebrio, qui tunc nihil aduertit siue in-
telligit, modò prius aduerterit cum causam præbuit,
ob quam indirectè atque imputatiuè ipsi volunta-
rium censetur. 391.

N. Mortaliter mala dixi, nam si consilii causa ma-
nifestata fuit, non excom.

Resolutio 1. Si quis fouens occultè hæresin, absti-
neat à Missa, nec genu flectat, excom: hæresis incur-
rit, nisi eius omissio obliuioni aut iustæ excusationi
probabiliter ascribi possit, licet ex animo hæretico
proficiscatur 392.

Resol. 2. Qui carnes comedit die prohibito, si sit
occultus hæreticus, si sine protestatione contraria,
incurrit excom. quia sicut excomm. incurrit qui pro-
positum percutiendi Clericum sufficienter exequi-
tur; ita qui hæresin animo consummatam sufficien-
ter significat, secus si insufficienter.

Credentes hæreses, V.C. Lutheri vera esse dog-
mata

mata fidei, licet nesciatur qualia sint, excom. Bullæ quia speciatim mentio fit eorum in bulla.

Tertio; Excom. Bullæ incurrunt receptores, fautores, defensores intellige hæreticorum, quatenus hæretici sunt, vt hæresin suam docere, defendere, & diffundere possint: ita Iudices si non capiant hæreticos.

Vxorem aut patrem fouere, occultare, ne veniant in manus Inquisitorum, non meretur excom. quia persona tam coniuncta alicui, quasi eadem cum ipso reputatur, quam non defendere valde difficile, ita Simanca.

NB. Non incurritur excom. ab hæretici fautore, receptore, defensore, nisi malus effectus sequatur, scilicet hæreticus, ob tale ipsi auxilium præstitum manus Iudicis euadat, aut hæresin magis diffundat. Cum enim in Canonibus Ecclesiasticis faciens alicuius rei principaliter excommunicetur, accessorie autem mandans, consulens aut faciens: tunc excommunicationem non contrahunt, nisi secundo effectu, secundum receptam DD. sententiam: Atque in Bulla principaliter excommunicantur Hæretici accessorie verò & secundum extensionem eorum &c. Ergo isti non incurrunt excom. nisi ex favore siue auxilio malus effectus sequatur. 393.

CAP. XV.

De Excom. Lectorum hæreticorum librorum.

Asertio. Excommunicationem Bullæ (vbi recepta) (nam iuxta Becanum in Germania non recepta nec Index) incurrunt lectores librorum hæreticorum (plus quam paginam, etiam in voluminibus) nec in libro Catholico hæreses insertas prauolice affectu.